

2.
(2)
Zweiter prüfer

f

ARX REGIA

Wartenfels

Desideratissimâ Præsentia

SERENISSIMI AC POTENTISSIMI PRINCIPIS
AC DOMINI,

DOMINI
FRIDERICI IV.

Regis Augustissimi Daniæ, Norvvegiæ,

Vandalorum atque Gothorum, Ducis Holsatiæ,

Schlesvigiæ, Stormariæ ac Ditmarsiæ, Comi-

tis Oldenburgi & Delmenhorstii,

&c. &c. &c.

EXULTANS, TRIPUDIANS

IN ACTU GRATULATORIO

d. 3 Julii M DCCIX.

Hora 2.

IN AUDITORIO TORGENSI

Repræsentabitur,

moderante

M. GODFRIDO STEINBRECHERO,

Illustr. Scholæ Torg. Rect.



TORGÆ,

Typis JOHANN. ZACHAR. HEMPEL.

En!

Novum Mundi miraculum,
Quod fovet, quod admiratur Torgavia;

EN ARCEM Hartenfels!

Supra rupem divinitus fundatam,
In Rupe Marpesia mirifice incisam:

Adi & aspice,

Et videbis miraculum divina ope extractum:

Accede propius,

Et videbis infra arcem

In rupibus cellas fontesque incisos; excisos

Vix unquam visos, aut rarissime videndos.

Ascende, conscende scalam tortilem

Et calcabis verè cochlidiam

Miranda arte confectam.

Ingredere Conclavia regia

Præter res raras & caras procul prospicies

Campos sylvasque mirifice oculum delectantes:

Prospicies Fluvium Albim

Tot navibus, tot piscium generibus

Tripudiantem, exultantem.

Intra & contemplare Ædem sacram,

A divo Electore FRIDERICO extractam

Primum à B. Luthero consecratam

Nunquam cœca superstitione pollutam.

Scilicet veræ isti Petræ, Christo nimirum, innixam,

Cum hac epigraphe:

INCONCUSSA MANEBIT.

Miranda sane hæc multoque maxima.

Nec miratu indigniora,

Quod Ars Regia sit Sedes inclyta

Tot Regum Augustissimorum

Tot Principum Serenissimorum,

Præsentia Clementissima

Illustrata, exhilarata.

Et hac die fortunatissima

Lætitiis quasi exultans lætis ulnis excipit

Magnum Orbis Septentrionalis Regem
AUGUSTISSIMUM AC POTENTISSIMUM

FRIDERICUM IV.

Principem Arte & Marte Heroicum

En! Heroem hunc augustissimum

Comitatur Regia Majestas

Patris Patriæ indulgentissimi

Potentissimi ac Serenissimi
AUGUSTI

REGIS NOSTRI AUGUSTISSIMI
ELECTORIS CLEMENTISSIMI

Ea! INDULGENTISSIMA MATER PATRIÆ

Regina ac Electrix Augustissima

CHRISTIANA EBERHARDINA

Cum Ocello Saxonie desideratissimo

Filio Regio

FRIDERICO AUGUSTO

Duce ac Principe Serenissimo

Comitem se jungere amat,

O felicissima Arx Petraea!

O fortunata Regum Principumq; sedes miraculosa

Cujus ideo Symbolum:

INCONCUSSA MANEBIT.

En! inconcussam Te reddunt Insignia

REGIS DANORUM POTENTISSIMI

Cum Insignibus Saxonice conjuncta.

En! representant Insignia quadrata

TRES LEOPARDOS

In arca aurea cordibusqve rubris strata

Alterum supra alterum locatum,

Quid hæc? ni fallor,

Cruce argentea representat Ordinem inclytum Danebrocensem.

Et tres Leopardi Regnum Danie.

Adderem ego:

Signum Crucis à Constantino M. in pugna visum,

Cum Inscriptio:

IN HOC VINCES.

Tres nimirum Leopardi imperterriti adstant:

PIETAS, CLEMENTIA, FORTITUDO.

En! alteram Insignium Partem quadratam

En ibi Leonem aureum ac coronatum,

Cujus in pedibus Bipennis pugnando curvata,

Et rubrae arcae inclusa,

Quippe solenne Insigne Regni Norvvegie:

Scilicet aurum Fidei Sangvine Jetu innixa

Reddit Regnum invincibile

Additis his:

FIDE ET CONSTANTIA.

Tertiam en Insignium partem & vide:

Tres Coronas aureas

In arca cœrulea presentatas

Velut tesseras memorabiles

Triplacis Regni Septentrionalis

Anno M. CCC. ICVII adunati

Cum Epigraphe:

CONCORDIA CORONATUR!

Quid in quarta Insignis Danici parte quadrata?

En! LEO COERULEUS

(Cui in aurea ara substrata sunt

NOVEM CORDA RUBRA.

Utpote antiquorum Gothorum Insigne.

Cum Epigraphe:

CORDA COELO CONFISA, NUNQVAM CONFUSA RECEDUNT.

In ultima Insignis hujus parte habes:

AUREUM DRACONEM ALATUM ET CORONATUM.

Quippe Insigne priscorum Vandalorum.

Et duos LEONES COERULEOS, in ARA AUREA positos

Quippe Insigne Ducatus Schlesv vicensis.

Tandem in rubra area

TRIPLEX Urticæ folium argenteum, argenteis clavis munitum,

Hollatiæ Ducatum representans.

Magna en Magni Regni insignia

Imbecilli penicillo depicta!

At, uberius in Oratione Panegyrica

A Politissimo & Literatissimo Adolefcente

MARTINO ISAACO FEZOLDO

Grypsvaldâ Pomerano

In Auditorio Orgensi representanda, enucleanda.

Interca tanta tanti Regis Indulgentia recreamur,

Ipsius Præsentia clementissima delectamur,

Populus olim Romanus excipiebat

Novum Imperatorem Pertinacem

Hac gratulationis voce:

JUPITER O. M. SERVA NOBIS PERTINACEM,

Et Carolo M. coronato, exclamabat:

CAROLO MAGNO ET PACIFICO VITA ET VICTORIA

Rectius nos:

JEHOVA SERVA NOBIS FRIDERICUM IV.

FRIDERICO MAGNO ET PACIFICO VITA ET VICTORIA!

Serva etiam AUGUTISSIMUM REGEM ET ELECTOREM NOSTRUM

FRIDERICUM AUGUSTUM

AUGUSTO MAGNO ET PACIFICO VITA ET VICTORIA!

Serva cum Ipsius Serenissima Matre

UXOREM AUGUSTISSIMAM

REGINAM AC ELECTRICEM NOSTRAM CLEMENTISSIMAM.

Serva HÆREDEM ELECTORATUS SAXONICI REGIUM

Principem nostrum Indulgentissimum.

Serva universam Serenissimam Domum Dano-Saxonicam

Florentem semper ac vigentem.



78 M 437




TA → 06

kein Rest.

nur 51. Stk veranlagt bisher

I

1077



ARX REGIA

Martensfeldz

Defideratissima Præsentia

SERENISSIMI AC POTENTISSIMI PRINCIPIS
AC DOMINI,

MINI
ERICI IV.

ni Daniae, Norvvegiae,
Gothorum, Ducis Holsatiae,
mariae ac Ditmarsiae, Comi-
gi & Delmenhorstii,
&c. &c.

NS, TRIPUDIANS
RATULATORIO

diu M DCCIX.

a 2.
ORIO TORGENSEI
praesentabitur,
moderante

DO STEINBRECHERO,
cholae Torg. Rect.

ORGÆ,
NN. ZACHAR. HEMPL.

